

buscunq. carceribus infra Provinciam et Territorium Nostros de Lib. H. D. Maryland prædict. existentibus incarcerandum et incarcerari faciendum et Mandandum Incarceratosq. quoscunq. in ea parte qui deliberandi fuerint deliberandum et penitus exonerandum et exonerari faciendum et Mandandum fluminaq. publica Portus Rivos aquas dulces ac Crecas quascunq. infra Jurisdictionem Nostram Maritimam prædict. Ubicunq. Locorum dictis Provincia et Territorio Nostris de Maryland prædict. et partibus Maritimis eorundem & eisdem adjacentibus quibuscunq. existunt pro conservatione tam Classis Nostræ ac Clas- sium et Navigiorum Regnorum & Dominiorum Nostrorum prædict. quam piscium in eisdem fluminibus & locis prædict. crescentium quorumcunq. Nec non Jura Statuta Leges Ordinationes & consuetudines ab antiquo observatas in dictis Provincia & Territorio Nostris de Maryland prædict. et partibus Maritimis Eorundem et eisdem adjacentibus quibuscunq. conservandum et Exequi et conservari faciendum Omniaq. & singula alia faciendum exercendum expediendum & Exequendum in præmissis & eorum quolibet provt de Jure et secundum Leges & Statuta Ordinationes & consuetudines prædict. fuerit faciendū Ac insuper Retia Minus stricta ac alia ingenia sive instrumenta quæcunq. illicita circa prensionem piscivm Ubi- cunq. Locorum per Mare aut flumina publica Portus Rivos Aquas dulces seu Crecas quæcunq. per Provinciam & Terri- toriam Nostros de Maryland prædict & partes Maritimis eorundem et eisdem adjacentes quascunq. infra Jurisdictionem Nostram prædict. Ubicunq. Locorum per aquam occupata sive exercitata et Exercitatores et Occupatores eorundem juxta Jura Statuta Leges Ordinationes & consuetudines prædict puniendum corrigendum et reformatum Sententiasq. & Decreta quacunq. fulminandum promulgandum et interponen- dum eaq. Executioni demandandum cum cognitione et Jurisdic- tione quarumcunq. aliarum Causarum Civilium et Maritimorum quæ sunt Maris seu quæ Mare vel Maris per transitum sive passagium aut iter Navale sive viagium Maritimum vel Juris- dictionem nostram Maritimam supradictam seu Loca vel Limites Admiralitatis Nostræ prædict. et cognitionem antedictam ac alia quæcunq. expedita vel expedienda quovismodo concernunt seu respiciunt Etiam cum potestate procedendi in eisdem juxta Jura Statuta Leges Ordinationes ac consuetu- dines prædict. ab antiquo Usitatas tam ex Officio mero mixto vel promoto quam ad alicujus partis instantiam provt Casus exiget et expediens Visum fuerit ac etiam cum cog- nitione & decisione de Wrecco Maris magno seu parvo ac de Morte submersione et Visu Corporum Mortuarum quarum- cunq. personarum in Mari vel fluminibus publicis portubus Aquis dulcibus seu Crecis quibuscunq. infra fluxum Maris et